



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

29. Christus ter à diabolo tentatus vincit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

## MEDITATIO XXIX.

*Christus ter à diabolo tentatus**Sincit.*

I. **E**T accedens tentator (Satanas, *Marc. 1. 6. 13.* Diabolus, *Luc. 4. 6. 3.*) dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est; Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Matth. 4. 6. 3. 4. Luc. 4. 6. 3. 4.*

II. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, (duxit illum in Ierusalem. *Luc. 4. 6. 9.*) & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te, ut conservent te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi **I**ESVS rursus: Scriptum est; Non tentabis Dominum Deum tuum. *Matth. 4. 6. 5, 6, 7. Luc. 4. 6. 9, 10, 11, 12.*

III. Iterum assumpsit (duxit, *Luc. 4. 6. 5.*) eum diabolus in montem excelsum valdè; & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. *Matth. 4. 6. 8.* Ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento

tem.

temporis. *Luc. 4. v. 5.* Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt; & cui volo illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia. *Luc. 4. v. 6. & 7.* Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. *Matth. 4. v. 9.* Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *Matth. 4. v. 10. Luc. 4. vers. 8.*

IV. Tunc reliquit eum diabolus. *Matth. 4. v. 11.* Consummatâ omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. *Luc. 4. v. 13.* Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. *Matth. 4. v. 11. Marc. 1. v. 13.*

V. Et regressus est Iesus in virtute Spiritûs in Galilæam, & fama exijt per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. *Luc. 4. v. 14. 15.*

## MEDITATIO XXX.

*De prima vocatione Andrea, ad solam quandam Christi notitiam.*

**I.** Tabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens IESUM ambulantem, dicit:  
**B** Ecce